

GERKESKLOOSTER B. M. V. ?

Gerka, Gerrici coenobium, Jerusalem

in parochia Augustinusga, non longe a Dokkum, in prov. Frisiae. Dioc. Münster, postremo Leeuwarden.

Gerco sive Gerricus laicus quidam, exemplum fratris sui Buwonis imitans (de quo vide supra apud Buweklooster), circa annum 1240 praedium suum Wigarathorpe vertit in monasterium, ubi cum propinquis et fami-

<sup>108)</sup> WUMKES 58, 60, 61

<sup>109)</sup> FRIEDLAENDER 577, *Chartbk.* I 521, 523, 530, SIPMA II 28

<sup>110)</sup> HUGO (obiit an. 1451) — REITSMA II 5 (vixit an. 1452)

<sup>111)</sup> HUGO

<sup>112)</sup> HUGO, HALLEMA 89, FEITH *Reg. Gron. I* 202, *RA Leeuw. Klaarkamp III* 1

<sup>113)</sup> *ibid.* — FEITH l. c. I 251, *Chartbk.* I 748, II 227

<sup>114)</sup> *Chartbk.* II 289 (Wt 1511) — NIJHOFF, *Gelderland VI* 2, p. 589

<sup>115)</sup> MS BRANDSMA

<sup>116)</sup> Hic HUGO, dicens eum obiisse an. 1529, errat. Secundum *Gesta Abb.* 273, *Beneficialb.* 203 et *RA Leeuwarden Klst.* vixit annis 1543/47

<sup>117)</sup> *Chartbk.* III 184 — MS BRANDSMA. Etiam hic HUGO errat, qui ponit eum inter annos 1529/40

<sup>118)</sup> HALLEMA 83, 89 — MS BRANDSMA: Antea erat praepositus in Veenklooster.

<sup>119)</sup> Secundum HEERINGA II 215 benedictus est iam anno 1553 vel 54, obiit anno 1585 Groningae. (*Chartbk.* III 485- MS BRANDSMA)

<sup>120)</sup> Arch. Gen. Roy. de Bruxelles, Abb. du Parc, Nr. 9476 (Epistola abbatum Frisiae, Groningae coadunatorum inter annos 1585 et 90, ad abbatem Parcensem)



liaribus vitam religiosam instituit. Frustra adiit abbates O. S. A. et O. Cist., ut communitatem in ordinem suum reciperent. Postremo facta est prioratus dependens ab abbacia Horti B. M. V., Ordinis nostri. Sed iam paulo post, anno scilicet 1244, ordinem mutavit et ad Cistercienses transiit<sup>123)</sup>. Religiosis sub regula Praemonstratensi manere volentibus data est curia, in eadem parochia sita, quae exinde facta est prioratus, duce Utato quodam, abbaciae Horti B. M. V. subditus. De fatiis huius prioratus, et quando desierit, nihil scimus<sup>124)</sup>. Moniales autem a Buwone, fratre Gerricki, partim locatae sunt in Buweklooster. Ut de more in Frisia, haec fundatio Gerricki fuerat monasterium duplex. Post adoptionem regulae Cisterciensis floruit tamquam abbacia insignis huius ordinis usque ad saeculum XVI, una cum asceterio adiacenti (Galilea Burum).

Fontes at Litteratura: Unicus fons brevis adhaesionis ad Ordinem Praem, sunt *Gesta Abb.* 212/21.

Cf. *Mon. Bat.* III 15/16 — WUMKES IV, 17 — HUGO I 840 — A. J. ANDREAE, *Het Klooster Jerusalem of Gerkesklooster*, Kollum 1890 — T. E. TEUNISSEN, *De oude Gouw Hucmerchi*, in: *Het Noorderland* I (1941) 36/38.

#### HEILIGERLEE Sta. Catharina

Mons Sinai (secundum sigillum), Sacralea, Hilligerleij, Heyligher Lee, Westerlee, Asterle, Asterlo.

Inter Winsdieten et Westerlee, in prov. Groningen. Dioc. Osnabrück, postremo Groningen.

Parthenon, praepositura, dependens ab abbacia Horti Stae. Mariae. Fundata est in solitudine, in terra arida et inaquosa, ante annum 1223

<sup>123)</sup> Ex Actis Capitulorum Generalium Ord. Cist. anni 1244 patet, Gerkonem per Episcopum Monasteriensem incorporationem in dictum ordinem petiisse: „Inspectio abbaciae de Wigaradorp, Ord. Sti. Augustini, quam petit Monasteriensis Episcopus Ordini incorporari, committitur abbatibus . . . etc.“ (*Stat. Cap. Gen. O. Cist.*, ed. J. CANIVEZ, Lovanii 1935 sq. 8 voll, ad an. 1244 nr. 51).

<sup>124)</sup> Monasteria Ordinis in hac regione sita, praeter Buweklooster, erant Veenklooster et Weerd, quorum origo ceteroquin est ignota. BRUNA (p. 9) putat Veenklooster, quod erat abbaciae Doccumensi subditum, iam extitisse ante annum 1240, et Weerd certe processerat ex illa abbacia. Potius videtur hic prioratus, abbaciae Mariengaarde subiectus, mox desiisse. Nec in Gestis Abbatum, nec apud Sibrandum Leonem de eo amplius fit mentio. Opinio De JAGER, coenobium Gerricki esse filiam de Veenklooster (*Het Noorderland* 1943 p. 102) est improbabilis. TEUNISSEN putat se rudera invenisse huius prioratus apud Augustinusga (ibidem I 36); quod pariter nobis videtur esse valde incertum.



ab Herderico praeposito Schildwoldensi. Primitus Ordini formaliter non erat subiecta, sed potius prioratus dependens a Schildwolde, ubi Herdericus praepositus residebat. Versus annum 1250 tamen sui juris factus et jurisdictioni Ordinis subiectus est. Mansit vero in unione personali cum Schildwolde, anno demum 1291 iam habuit proprium praepositum. Hoc tempore habuit 180 incolas. Multa fecit hoc monasterium opulentum pro cultura totius regionis. Possedit in fine 890 ha<sup>125)</sup>. Probabiliter praepositus vel capellanus eius administravit parochiam vicinam in Westerlee<sup>126)</sup>. Anno 1568 praepositus ex praelatis Ordinis nostri unus, invitatur ad sollemnem receptionem novi episcopi Groningae<sup>127)</sup>. Eodem anno in Heiligerlee facta est clades famosa Hispanorum, Arenbergio duce, qui cecidit et sepultus est in ecclesia monasterii, quod ceteroquin neque tunc, neque in bellis subsequentibus videtur esse passum damna notabilia. Suppressum est anno 1594 cum 16 monialibus. Postea ecclesia, quae habuit fenestras pulchre depictas<sup>128)</sup>, et omnes fere aedes rasae sunt anno 1598<sup>129)</sup>, hospitium vero, venumdatum anno 1601, videtur substituisse usque ad saeculum XVIII<sup>130)</sup>. Saeculo peracto adhuc videbantur rudera, hodie nil amplius superest.

Archivalia: RA Groningen, 1 dipl. 1482, cum sigillo (cf. OBGronDr pl. X nr. 6) — Ibidem RR Klg. Gron. voll. 65/68 — Ibidem Arch. d. Ommelanden I 15048 — ALTING, Diarium 76, 124, 676 — Rechterl. Arch. III 159 — Missivenprotocol Alting, Gem. Arch. Groningen 1561/77, p. 74, 136, 350.

Fontes et Litteratura: HUGO duplicat I 497, 811 — WAEFELGHEM 110 — *Chartbk.* I 195 — COTTINEAU 1395 — DRIESSEN 426 — FEITH, *Abel Eppens* I 498 — FEITH *Gron. Beklemer.* II 613 — FEITH, *Reg. Gron.* I 210, II 336, III 52, 195, IV 156, 192, 203, Suppl. I 93 — FEITH, *Warfconst. Oord.* 138 — MATTHAEUS Anal. 203 — *Mon. Bat.* II 89, 206 — OBGronDr No. 178, 180, 354, 814, 815 — MS REITSMA XVII 13,14 —

<sup>125)</sup> FEITH, *Rijkdom* 18, 27

<sup>126)</sup> MS Ten BROEK, Heiligerlee p. 11

<sup>127)</sup> Gemeentearch. Groningen, Plakkaatb. 1555/76, p. 66 Praelati diversorum Ordinum monentur comparere cum pluviali, pedo et mitra; ex quo factum nondum certo liquet, nostrum etiam praepositum fuisse mitratum.

<sup>128)</sup> Missivenprot. Alting p. 74

<sup>129)</sup> RRRKlgGron 68. 4, pp. 125/26. Patet ex hac descriptione aedium, has fuisse spectabiles et extensas.

<sup>130)</sup> ROELFSEMA 74, HUGO I. c.

GAN II 66 — RICHTHOFEN II 1293 — ROELFSEMA 22, 35 — De SITTER p. 158, 214 — *Tegenw. Staat* II 224 — MS Ten BROECK — v. d. AA V 345 — H. v. R. V 389 — WUMKES IV, 20, 43, 81 — WYBRANDS *Gesta Abb.* 242 N. BACKMUND, *Asceteria Heiligerlee et Nyeklooster op den Dam venumdantur in demolitionem anno 1597*, (art. apud redactionem *Anal. Praem.*) — J. A. FEITH, *De dood der graven van Arenberg an Adolf van Nassau*, in: „*Historische Avonden*“, Groningen 1907, 31/48 — *Het Klooster te Heiligerlee*, in: *Gron. Volksalm* 1839 pp. 113/15 (auct. I. G. RIJKENS). —

Praepositi

Herdericus 1230—50 <sup>131)</sup>	Petrus v. Zueren ante an. 1545 <sup>135)</sup>
Priores sub eo, in Heiligerlee:	Stephanus Voss van der Elborch
Liduardus et Onno	1562 / ca. 83 <sup>136)</sup>
Galtatus ca. 1250— <sup>132)</sup>	Hendrik Vasenius ter Molen
Eppo 1391 <sup>133)</sup>	ca. 1583—94 <sup>137)</sup>
Bodwinus 1482 <sup>134)</sup>	

HOPELS B. M. V. et Stus. Paulus

Mons Stae. Mariae in Happelsa, Hopesslo, Hapsel, Hopsel, Hopelszen, Hapluss, Hapiulsa.

In parochia Marx, prope Friedeburg versus austrum in solitudine situm, in Frisia Orientali, Germania. — Dioc. Bremen.

Parthenon, praepositura. Fundator et tempus foundationis ignorantur. In Ind. Vis. 1290 iam occurrit. Ergo fundatio eius huic anno, quo dicitur habuisse 70 incolas, est anterior. In catalogis TWHAP invenitur sub voce „Mons Stae. Mariae in Happelsa“, et quidem ut filia Sti. Bonifacii in Dokkum, et ut in dioecesi Bremensi situm, ex quo patet, eum fuisse

<sup>131)</sup> *Gesta Abb.* pp. 242 sq. WUMKES 8/9, Chron. Emo

<sup>132)</sup> ibidem

<sup>133)</sup> DRIESSEN 426

<sup>134)</sup> RA Gron. 1482 nr. 9

<sup>135)</sup> AAU XXIV p. 120. Resignavit, et obiit tamquam pastor in Rump. an. 1555 vel 58 (ibid. 330, 342). Erat cognatus abbatis de Marienweerd, et canonicus eiusdem monasterii.

<sup>136)</sup> FEITH *Reg. Gron.* III 52, Missivenprot. Alting 136, 350 — Obiit inter annos 1583 et 85 (RA Gro Recht. Arch. III 159)

<sup>137)</sup> *Conscr. Exulum.* — StbProvSch p. 255: anno 1587 ibidem memorantur etiam Anna de Nordhorn priorissa, Elske v. Hede suppriorissa et aliae moniales.



situm in dextra parte Frisiae Orientalis<sup>138</sup>). In documentis vero asceterium prima vice occurrit circa annum 1310. Tunc duo equites petunt a praeposito de Hopels, ut duas filias eorum recipiat<sup>139</sup>). Anno 1420, legimus in inventario quodam proventuum ecclesiae cathedralis Bremensis: „Item ecclesia in Wangeroe est incorporata monasterio Hopelszen ordinis praemonstratensis, sed dat pro censu Decano VI grossos“<sup>140</sup>). Hoc tempore asceterium videtur fuisse collapsum, et circa annum 1448 Abbas Generalis assignat reparationi Collegii Parisiensis „sommam pecuniarum de quodam desolato sororum Ordinis coenobio de Hapiulsa sive Apolis, monasterio de Dockum incorporando“<sup>141</sup>). Quae incorporatio domum et bona salvasset quidem pro Ordine, peracta autem non est quia biennio post (1450) „monasterium Hopsel, quod erat valde deformatum“ ex decreto Capituli Generalis suppressum est, et traditum canonicae vicinae O. S. A. in Marienkamp Esens<sup>142</sup>), ea sub conditione, ut duae vel tres moniales superstites debite alerentur. Quae unio anno 1470, cum canonici ibi expositi machinarentur separationem a canonica matre, a Summo Pontifice denuo est confirmata<sup>143</sup>). Deinceps fuit curia, et probabiliter suppressum est una cum Marienkamp, anno 1530. Ex lapidibus ecclesiae iam antea (ca. 1500) exstructa esse fertur ecclesia in Remels. Nihil hodie superest, praeter fundamenta.

Archivum, simulque cum eo memoria huius asceterii tam funditus perierant, ut omnibus historicis usque ad nostra tempora manserit ignotum. Chronistae et Historici indigenae falsa proferunt vel fatentur se nihil scire<sup>144</sup>), et in ipso Ordine maxima confusio orta est ex errore Sibrandi Leonis, qui in Indice Vis. 1290 sua sponte voci Apelske adiunxit „Der Apel“, enarrans deinde, hoc nihil aliud esse nisi monasterium Ter

<sup>138</sup>) In Cat. P. legimus: („... Happelsa) sive Hilgerle“. Quae verba certe sunt explicatio, a manu posteriori falso loco apposita, essent ponenda paucis lineis supra, videlicet apud „Stae. Catharinae in Astro“. HUGO in indice monasteriorum, in praefationem primi sui voluminis inserto, habet: „Appelske, filius Lidlumi, fundatum an. 1243“. Nescimus unde hoc hauserit, nec utrum hoc refertur ad Hopels, an ad Ter Apel.

<sup>139</sup>) Fragmenta Hudensia (cf. REIMERS in ZGNK 1938 p. 103)

<sup>140</sup>) HODENBERG l. c. — Ecclesia ista, in insula sita, nunc vocatur Wangeroog

<sup>141</sup>) *Form. Pr.* Nr. 325

<sup>142</sup>) Arch. Vat. Reg. Lat. 690 fol. 94 (cf. REIMERS l. c. p. 104)

<sup>143</sup>) ibid. 695, fol. 192 (cf. REIMERS l. c. p. 105)

<sup>144</sup>) Chronicon Bremense, MS. auct. Joh. RENNER (StA. Bremen) ex anno 1474 hanc domum erronee adscribit Ordini Equestri Sti. Joannis. ARENDS l. c. dicit, nihil esse notum de historia illius, et SUUR eam praetermittit.

Apel, quod saeculo XV venditum erat Crucigeris<sup>145</sup>). Saeculo XIX effossa sunt rudera cuiusdam aedis ex medio aevo juxta Appelsga in Frisia, exinde quidam absque ratione putaverunt, monasterium ibi fuisse situm<sup>146</sup>). Sic aucta est confusio, quam nec elucidarunt auctores moderni, donec Reimers suis studiis omnia lucide exposuit.

Fontes et Archivalia: Landesarchiv Oldenburg, Fragmenta Huldensis XCVaa — Vatic. Arch. Reg. Lat. 690, 64 et 695, 192 — Stader Kopiar (1420) StA Bremen.

Litteratura: ARENDS 158 — N. BACKMUND O. Praem., *Neuere Forschungen zur Geschichte der Deutschen Prämonstratenser*, in: *Anal. Praem.* XV (1939) p. 70/71 — KOCHS 79 — C. BRÜNIG, *Geschichtliche Beiträge über die vergangene Zeit des ehemaligen Klosters Hopels*, in: *Leerer Anzeigenblatt* 18 u. 19. 7. 1918 — W. v. HODENBERG, *Bremer Geschichtsquellen*, Celle 1856, I 37 — H. REIMERS, *Kloster Hopels*, in: *Upstalboomsblätter* VII (1917/18) p. 26 — IDEM, *Kloster Hopels in Ostfriesland*, in: *ZGNK* 43 (1938), pp. 94/106.

#### KOLDINNE (B. M. V. (et St. Anna?))

Coldinne, Vera Charitas, ter waeren minne.

In Parochia Arle, Kreis Norden, in Frisia Orientali, Germania. — Dioc. Bremen (secundum omnes catalogos).

Parthenon, probabiliter praepositura. Erat sub paternitate abbatum Doccumensium. De origine eius nihil constat, videtur tamen esse condita inter annos 1235 et 1287, quo visitatores 56 incolas diluvio superstitibus ibi invenerunt. Occurrit etiam in omnibus catalogis post annum 1290 redactis. Anno 1450, eodem igitur, quo Hopels est suppressum et alii ordini traditum, Vera Charitas sua sponte ad ordinem Canonicorum Reg. Sti. Augustini transiit. Anno 1481, cum iniit specialem confraternitatem cum canonia Marienkamp Esens, erant ibi 44 moniales<sup>147</sup>). Postremo haec domus erat pauper. Anno 1562 est suppressa, nihil de ea subsistit.

Etiam huius conventus, tamquam Praemonstratensis, omnino perierat notitia. Immo Sibrandus Leo hanc domum, saeculo ante ab Ordine defecta, nescivit, et ideo identificavit eam cum Nyeklooster (WUMKES 43). Quem errorem auctores neerlandici moderni sunt secuti, existentiae ali-

<sup>145</sup>) Vide de eo infra sub dubiis

<sup>146</sup>) cf. MS BRUINSMA. In Appelsga numquam fuerat monasterium ullum, nec in Elsloo vicino.

<sup>147</sup>) StA Aurich, Koldinne 1481



cuius conventus „Ter waeren Minne“ in dioecesi Bremensi enim erant ignari. SUUR p. 66 erronee putat eam primitus fuisse O. S. B., HOOGEWEG dicit: „Origo huius monasterii est in tenebris“.

Archivalia: Nihil superest de tempore O. Praem. — 15 chartae 1481/1538 in StA Aurich.

Litteratura: HUGO II 1063 — WAEFELGHEM 311 (ambo sequuntur Sibrandum Leonem, putantes Veram Charitatem fuisse fundatam anno 1204) — BACKMUND I. c. supra ap. Hopels — KOCHS 79 — REIMERS *Heil. Ostfr.* 27 (primus veritatem cognovit) — WIARDA II 354.

#### KUSEMER B. M. V.

Kuuse-, Kuijs-, Kuys-, Kuse-, Kuze-, Cuise-, Cuess-, Cusemaria, -mar, -mere, -mer, Kuzemer klooster — Campus Stae. Mariae

prope Oldekerk, in prov. Groningen. Dioc. Münster, postremo Groningen.

Parthenon, praepositura. Fundata est ante annum 1287, et suberat paternitati abbatum Doccumensium. Cetera sunt incerta. Suspiciamus enim, ea quae habet Hugo, et omnes post eum, de fundatione huius asceterii, niti errore quodam fundamentalis.

Emo enarrat in sua chronica ad annum circiter 1204: „Surrexit etiam coenobium in Porta Ste. Mariae, per quendam bone memorie, qui tunc prefuit familie in Berethe, olim abbatem in Doccum“<sup>148)</sup>. Ind. Miraei falso identificat Portam Stae. Mariae cum Kusemer, quem errorem descripserunt Hugo et post eum auctores fere omnes. Catalogis enim omnibus comparatis, et inspectis diplomatibus et sigillis, patet hoc non concordare cum veritate. In omnibus catalogis Ordinis „Porta Ste. Marie“ idem est ac Palmar, et Kusemer videtur nil aliud esse nisi „Campus Ste. Marie“, pro quo hactenus nemo invenerat explicationem. Catalogi nempe MSS (TWA)<sup>149)</sup>, sicut et P ad amussim progrediuntur geographice ab occidente versus orientem. Omnes in medio inter Buweklooster et Schildwolde collocant „Campum Stae. Mariae“, illic ergo, ubi reapse sita est Kusemer. „Porta Stae. Mariae sive Palmar(um)“ recte ponitur apud TWAP inter Heiligerlee et Barthe. Kusemer in nullo documento,

<sup>148)</sup> ed. FEITH/STRATINGH p. 4 Cf. quod diximus supra apud Barthe et Dokkum.

<sup>149)</sup> H. sicut et antiquiores catalogi, omittunt hanc domum.

nec in Ind. Vis. 1290, umquam vocatur „Porta Stae. Mariae“. Sigillum eius habet inscriptionem: „Sigillum Ste. Marie in Kusemere“<sup>150)</sup>.

Ergo putamus, praepositum illum Barthensem non fundasse Kusemer circa annum 1204, sed Palmar<sup>151)</sup>. Kusemer videtur esse fundatum inter annos 1235 et 1287, quo visitator ibi invenit 60 religiosos. Hugo enarrat etiam, Kusemer genuisse asceterium Trimunt, de quo vide infra sub dubiis. Asceterium, quod possedit 435 ha terrae<sup>152)</sup>, nullas possedit ecclesias incorporatas, nec ullam exercuit curam animarum. Anno 1480, quinque moniales ibi vi sunt raptae per praepositum de Veenklooster<sup>153)</sup>. Sibrandus Leo historiographus, exul se retraxit in Kusemer, ubi obiit anno 1583. Anno 1590 monasterium funditus est eversum et solo aequatum, conventus tunc erat parvus (6 moniales sub Griete Tonnis priorissa). Proventus eius annui cum essent illis Mernae fere aequales, anno 1591 consideratum est, Cusemariam loco Mernae tradere Societati Jesu in fundationem Collegii Groningani<sup>154)</sup>, quod vero non successit.

Archivalia: RA Groningen, 1 dipl. 1528 — Arch. Groningsche Parochiekerken, 1572 (Index R 862) — RR. Klg. Gron. 65 /68 — Cf. FEITH, Reg. Gron, Invent. Nienoord, ut infra.

Fontes et Litteratura: HUGO I 589 — WAEFELGHEM 73 — BROM HENSEN, Rom, Br. p. 407/09 — Chartbk. I 195 — COTTINEAU 936 — FEITH, Reg. Gron. I 202, 236, 382, II 4, 336, 338, III 272 FEITH, Gron. Beklemer. cf. ind. — FEITH, Warfconst. en ord. 5, 29, 48 — FRIEDLAENDER 57 — GAN II — JAPIKSE, VII, 246, VI 572, 629 — MATTHAEUS Anal. II 4, III 550 — Mon. Bat. II 41 — HGSS XXIII 469 — OBGronDr nr. 354, 746 — Reg. v. Aanbr. I 263 — MS REITSMA II 34, XV, XVII 13, 14, 23, 29, XX 57 — RICHTHOFEN II 2, 679, 759 — ROELFSEMA 20, 22, 35 — De SITTER 76 — A. STRATINGH VENEMA 40 — Tegenw. Staat II 370 — MS Ten BROEK — v. d. AA II 169 — v. HOEK (vide apud Mernam) passim — H. v. R. Gron. V 313 — WUMKES IV, XII, XIV, XXXVIII, 43, 89 — WYBRANDS, Bloemhof 41 — A. FEITH, Inventaris van het Huisarchief Nienoord, Groningen 1890, Nr. 5 (Addenda: HS Nr. 670 a, p. 5, 7, 8, 14) — Almanak van Goeden Smaak 1839, p. 136 — AAU 1883 p. 199, 1923 p. 90, 1929 p. 382 —.

<sup>150)</sup> RA Leeuwarden, Oud. Reg. Gerkeskl. No. 29 (ca. 1445)

<sup>151)</sup> Eandem sententiam profitetur HEIJMAN in Fries Kreis, p. 36.

<sup>152)</sup> FEITH, Rijkdom 21, 27

<sup>153)</sup> RA Gron. 1480, cf. Reg. FEITH 1480 nr. 2

<sup>154)</sup> Vide de hac re infra apud Mernam. Ex hac correspondentia circa fundationem collegii S. J. plura ex notitiis supra allatis sunt desumpta.



Praepositi

Alardus 1385	OBGronDr 746
Focke 1426	Chartbk. I 469
Sebastian van Hulst ante 1474	Friedlaender II 932
postea praep. in Langen	
Werner 1480/89	Feith, Reg. Gron. 1480, 2
	MS Reitsma XX 57
Gerardus Murlinck 1556	Feith, Reg. Gron. I 382
Gerardus Zandis 1528/31	Inscriptio in muro domus parochialis in Grijskerk
	Feith, Arch. Nienoord 670 a, 5
Hermannus Doccum 1559	MS Reitsma II 338
Arnoud van Waalwijk 1572	AAU 1930 p. 156 — StbProvSch
Theodoricus Annius 1574/90	255 — AGR Bruxelles, Abb. du
post an. 1585 „electus“ abbas	Parc, No. 9476
in Dokkum, 1590 item in Merna	

LANGEN St. Jacobus

Sigeberg<sup>155</sup>), Langerna, Langhe, Longna, Iongone, Langhermonken, Langermoniken. Saec. XVI: Blauhus, Blawhuis in ae Kromme Horn.

Inter portum Emdensem et Knock, in loco a saeculis a fluctibus consumpto. — In Frisia Orientali, Germania, Dioc. Münster.

Monasterium duplex, praecipua domus Ordinis in Frisia Orientali. Fundatum inter annos 1235 et 55 (secundum Hugo: 1240), prodiens ex abbazia Mernensi, quae semper, annis 1374—1479 exceptis, paternitatem in eam exercuit. Feliciter maior pars archivi post annum 1347 subsistit, et ideo historia eius nobis melius elucet quam aliarum domuum huius generis in circaria. Langen fuit insignis et locuples. De constitutione interna eius vide supra in praefatione. Pro cultura spirituali simul ac materiali totius regionis, immo totius Frisiae Orientalis, haec praepositura maximi erat momenti. Etsi nihil sciamus de ecclesiis ei incorporatis, videtur per canonicos suos exercuisse curam animarum in tota regione dicta „Kromme Horn“<sup>156</sup>). Possedit quinque curias, a grangario

<sup>155</sup>) Sic nominatur tantum in uno diplomate anni 1255 (FRIEDLAENDER 26), et in catalogis ante annum 1290 redactis.

<sup>156</sup>) Quod mihi, simul cum alia materia non pauca, benigne communicavit Dr. H. Wiemann in Aurich, qui magno cum fructu studio historiae huius canonicae incumbit, et monographiam de ea praeparat.

et conversis utriusque sexus habitatas, scilicet Werdermonniken<sup>157</sup>), Nesse, Osterhusen, Monken sive Zwanenborg, et Bohnenburg, quod quondam pertinuerat ad coenobium Palmar. Anno 1290 visitator invenit in Langen centum religiosos. Anno 1335 quinquaginta perierunt peste, et anno 1403 invenitur schola in monasterio<sup>158</sup>). Mox tamen res eius coeperunt dilabi, anno 1434, praepositus monasterium voluit dissolvere, transtulit moniales in curiam Werdermonniken, et tradidit bona canonicae abbatae Termunten O. Cist., sed haec omnia postea iterum irrita sunt facta. Anno 1450 successor eius Aytatus, invitissime se profitetur electionem accipere, quia „quies et mulier numquam habitant sub eodem tectu“<sup>159</sup>). Anno 1499 Capitulum Generale permisit translationem conventus in locum tutiorem a periculo maris, nempe in Blauhaus St. Anna in parochia Wolzeten<sup>160</sup>). Quae translatio anno demum 1529 erat perfecta, et vetus monasterium factum est curia, cuius aedes una cum ecclesia adhuc a religiosis sunt venundatae annis 1542 et 53.

Circa annum 1500, quo tempore praepositus Langensis diu fuit visitator circariae, conventus virorum videtur desiisse. Iam anno 1490 Joannes Boemel praepositus, „monasterii sanctimonialium . . . in Langhen“ obtinet a Capitulo Generali permissionem, clericos et sacerdotes „ad habitum nostri ordinis, vestri monasterii et ad professionem faciendam“ recipiendi, qui „vocem habeant in capitulo ad electiones futurorum praelatorum“<sup>161</sup>). Affluxus novitiorum non erat nimius, siquidem anno 1536 successor eius conquestus est apud Capitulum Generale de abbate Mernensi, quia ille negligeret „aliquos canonicos aptos mittendi, ad regimen spirituale et ad consolationem sororum“<sup>162</sup>). „Religiosi Domini Joannes de Calcar et Quirinus Zornhand“, capellani monasterii et anno 1562 grangarii eius in curia Logum, probabilius erant membra Ordinis, et expositio eorum in curia quadam insinuat, in ipsa canonica tunc adhuc

<sup>157</sup>) Ne ecclesia in hac grangia, ad cuius constructionem Wiardus quidam capitaneus, anno 1461, dederat 1000 lapides (SUUR 94), „per consuetudinem et desiderium laicorum fiat parochialis, de jussu Capituli Generalis destruat, et in loco eius erigatur minor capella, in qua aliquando per religioso missa celebretur, ne canonica amittat grangiam . . .“ (Act. Cap. Gen. an. 1501).

<sup>158</sup>) BÜRSTING SCHRÖER I 431

<sup>159</sup>) FRIEDLAENDER I 621

<sup>160</sup>) Act. Cap. Gen. 1499 p. 31: „translatio sui monasterii ad aliquem magnum fundum, per ipsum praefatum praepositum emptum . . .“

<sup>161</sup>) FRIEDLAENDER 1267

<sup>162</sup>) Acta Cap. Gen. 1536 p. 313



extitisse plures sacerdotes. Sed utrum fuerint proprii professi, an missi ex Merna, est incertum.

Ab anno 1528, Enno comes acatholicus, coepit monasterium opprimere, maiorem partem bonorum ei avellens. Anno 1558, post mortem ultimi praepositi ex Ordine, comitissa Anna instituit administratorem quendam Fratrem Minorem, ab ordine suo, et probabiliter etiam a fide, apostatam, cui tamen adhuc titulus „praepositi“ est concessus. Anno 1562 praepositus, priorissa et 12 moniales adhuc libere ponunt actus juridicos, ab anno tamen sequenti ad hoc iam opus erat permissio comitissae. Anno 1566 organum ecclesiae transfertur in Emden, sequentibus annis comes libere disponit de bonis monasterii, quod tamen epistola abbatis Steinfeldensis anno 1572 adhuc supponit existere<sup>163</sup>). Probabiliter moniales, quorum mentio ultima fit anno 1585, quiete in domo sua, quae facta erat praedium comitis, dies suos finire potuerunt. Bona in terra Groningana sita obtinuit, simul cum Barthensibus, praepositus de Schildwolde<sup>164</sup>). Nec in Blauhaus, nec in diversis grangiis aliquid superest de antiquis aedibus.

Archivalia: Supersunt 421 chartae ex annis 1347/1563, et quidem 132 diplomata separata, reliqua continentur in duabus MSS: primum intitulatur „Inkompste der goederen des Convents tho Langhen, hodie Blawhuis in de Kromme Horn“ (289 chartae 1348/1519, paulo post an. 1500, partim publ. a FRIEDLAENDER in *Ostfries.Urkb.*), secundum vero est inventarium bonorum monasterii, initio saeculi XVI congestum a praeposito Joanne de Boemel (Publ. ab eodem ut supra, 1877, loco infra notato). Haec omnia asservantur in StA Aurich. — RA Groningen Rechterl. Arch. II 3, 4 (de bonis ultra Amasum sitis). — Arch. Vatic. Reg. Avenion. 184 (Greg. XI) tom. XII fol. 625 v. (Dipl. anni 1372).

Fontes et Litteratura: HUGO I 847/48, II 17/18 — WAEFELGHEM 227, 380 — ARENDS 321, 328 — BÖRSTING SCHROER I 431 — *Chartbk.* I 195 — COTTINEAU 1552 — DRIESSEN cf. incl. — FRIEDLAENDER *Ostfr. Urkb.*, cf. indicem — GROTE 291 — HEIJMAN 31/36 — HOOGEWEG 77 — HOUTROUW I 331, 388 — KOCHS 75/77 — MITHOFF VII 121/25 — *OBGronDr* nr. 622, 624, 657 — REIMERS *Heil. Ostfr.* 25 — IDEM, SKO 19/20, 33/35 — MS REITSMA II 21, XV — SUUR 73/95 — WIARDA II 352 — FRIEDLAENDER, *Güterverzeichnis des Klosters Langen in Ostfriesland*, in: *Jahrb. d. Gesellsch. f. Bild. Kunst u. Alterth. Emden* II (1877) 2. pp. 19/46 — C. L. GROTEFEND. *Notae Langenses, aus einem*

<sup>163</sup>) Haec epistola abbatis J. Panhuysen ad Joh. Geelmuden, abbatem Lidlumensem (HUGO I 330) ad amussim enumerat omnia monasteria circariae, in Frisia vero Orientali duo tantum recenset: Langen et Barthe

<sup>164</sup>) Quae vero Status Groningani anno 1598 Comiti debuerunt extradere (RR Klg Gron 68. 4, p. 112)

*Copialbuche des Klosters Langen mitgetheilt*, in: ZHVNS 1862 pp. 262/73. — F. RITTER / K. H. JACOB-FRIESEN, *Der frühgeschichtliche und mittelalterliche Dollartfund auf dem Nesserländer Watt im Mai 1921 und 1922*, in: *Jahrb. Ges. K. Alt, Emden XXI* (1925) pp. 237/45.

Praepositi (Numeri ante an. 1512 referunt ad FRIEDLAENDER)

Guido 1276 (30)	Nicolaus van Calcar O. S. A. 1458—74 <sup>165</sup> )
Menulf 1327 et ante (55)	Sebastianus van Hulst 1474—78 antea praep. in Kusemer, postea abbas in Merna (932, 1018)
10. Johannes 1335/52 (56)	Joannes van Boemel 1479—1512 (antea prior in Nijklooster op den Dam, 1011, 1018)
11. Onno 1352—55 (69, 74)	Ludovicus van Boemel 1512—33 (SUUR 92)
12. Hero Tibrandi, de Borsum 1355—83 (75, 151)	Joannes van Ouwater 1553, † 1558 (SUUR 93, REIMERS SKO)
Folkardus 1385/94 (152, 163)	Hermann van Doesburch 1558/62 (O. F. M.) ibidem.
Yppo 1404 (195)	
Poptatus van Riepe 1412/37 (229)	
Sibrandus v. Petkum 1437—49 (474)	
Aytatus van Larrelt 1450—54 (621, 669)	
Fredericus 1454—58 (669, 773) antea praepositus in Barthe	

#### LIDLUM B. M. V. et Sti. Joannis Baptistae

Lidlym, Lidlom, Vallismariae, Vallis B. M. V., Vallis Ste. Marie in Westergine, Mariendal, Vrouwendal — Vitetur confusio cum Bakkeveen, et Zoetendaal (Circ. Brabantiae), et cum variis aliis „Vallibus Stae. Mariae“ in Neerlandia, praesertim cum Hemelum O. S. A., ut accidit apud SCHOENGEN (Mon. Bat. II 90).

In parochia Oosterbierum, Barradeel, in prov. Frisiae — Dioc. Utrecht, postremo Leeuwarden.

Abbatia praeclara. Fundata ante annum 1182 (1162?) non longe a Tjummarum in „Vetere Valli“ juxta mare, a Sibone quodam laico, et amico suo Tjalling. Primitus prioratus O. S. A. ab abbazia Ludingakerk dependens, anno vero 1182 Ordini nostro se adiunxit, et tamquam praepositura paternitati Horti Stae. Mariae se subdidit. Ab initio erat mona-

<sup>165</sup>) Antea fuerat prior in Marienkamp, monasterio quod, aliquot annos ante, asceterium Hopels sibi incorporaverat (vide supra). FRIEDLAENDER 733.



sterium duplex. Mox in abbatiam evectum, anno 1234 translatum est in Lidlum (Vallis Nova), locum vicinum, sed a fluctibus maris tutiorem. Vallis vetus exinde fuit curia. Moniales suas anno 1186 transtulit in Bajum, probabiliter etiam in Vineam Domini (Pingjum), quae asceteria illi manserunt subjecta. Sed tantum Bajum cum abbacia Lidlumensi semper unum formavit corpus, tamquam prioratus. Vineam Domini saeculo XIV facta est praepositura virorum sub paternitate Vallis Stae. Mariae. Consecratio ecclesiae et monasterii facta est sub Hoytone abbate circa annum 1260. Moniales de Marsum (Franjum) anno 1270, et illae de Tjum anno 1289, a fluctibus dispersae et angustiatae, partim transierunt in abbatiam Lidlumensem, unde patet, non omnes moniales anno 1186 in alium locum fuisse translatae, sed Lidlum diutius mansisse monasterium duplex<sup>166</sup>). Probabiliter nulla domus circariae tot curias habuit quot Lidlum, scilicet: Franjum, Ter Poorte<sup>167</sup>), Munnikenhuis te Boxum, Talum (in Spannum), Koehool in Tjummarum (= Vetus Vallis), Wobbinga in Weidum, Miedum (in Tzum), Amkema (in Berlicum), Felsum, Valinga, Sassinga et Pingjum<sup>168</sup>). Sub abbate Tetardo (1386/1422), sex curiae adhuc excolebantur a conversis. Parochias et ecclesias incorporatas, in quarum „collatione immiscere se solebat abbas“, habuit pariter longe plures quam alia monasteria circariae: Baard (1369/84), Berlicum, Boxum, Britswert, Bajum, Bozum, Exmorra (ante 1513), Hoorn (ca. 1270), Huijns, Lutkewierum, Lichtaert, Menaldum, Oosterlittens, Oosterzee (ca. 1270), Sandwijk (in Hollandia), Sexbierum (1328/32), Spannum, Tjummarum, Welsrijp, Winsum, Wieuwerd. Abbas erat archidiaconus in Winsum, cum jure praesentandi in toto decanatu. Etiam Hoorn erat sedes decanalis. In visitatione anni 1290, in Lidlum, una cum Bajum, erant 600 religiosi. Anno 1335 combustum est. Abbates ante annum 1447 sunt infulati. Ex illis Eelco Liaukama, anno 132 a conversis trucidatus, venerabatur ut sanctus et martyr.

Saeculo XVI adhuc aedificia sumptuose sunt exornata et ampliata. Hoc tempore ibi vixit Sibrandus Leo, canonicus et historiographus, per

<sup>166</sup>) Scimus, curias Langenses fuisse habitatas a conversis utriusque sexus, quod probabiliter factum est saeculo XIII et in numerosis curiis Vallis Stae. Mariae. Putamus ergo sorores, quae post fundationem asceterii Bajum adhuc manserant in Lidlum, non fuisse „cantantes“, sed conversas tantum.

<sup>167</sup>) prope Boxum. Ibi trucidatus est Eelco abbas anno 1332, dein tota curia est solo aequata. De abbate Eelcone vide *Anal. Praem.* XXII 197.

<sup>168</sup>) Vide mappam geographicam harum grangiarum apud v. d. WIELEN l. c.

cuius „Vita abbatum Lidlumensium et Horti Stae. Mariae“ historia harum canonicarum omnino praecipuarum nobis est nota<sup>169</sup>). Spiritus religiosus nec in fine videtur fuisse malus. Unus ex canonicis fidem defendit<sup>170</sup>), reliqui partim cum abbate exilium praetulerunt apostasiae.

Anno 1572 monasterium subversum est, sed probabiliter nondum prorsus derelictum. Abbas cum religiosis aufugit in refugium abbatiae in Franeker, dein in Leovardiam, postremo, post novam devastationem abbatiae anno 1579, in Groningam<sup>171</sup>). Aedes post annum 1580 solo sunt aequatae, loco eorum nunc restat praedium.

Archivalia: RA Leeuwarden, Kloosterstukken — Statenarch. ibidem I fasc., 4 st. 1560 — Gem. Arch. ibidem, cf. SINGELS — Diplomata dispersa cf. Chartbk. et SIPMA — In Museo Fries. Genootsch. Leeuwarden existit MS Ordinarius O. Praem. (II 199) latine, ex anno 1563. Cf. Bethlehem.

Fontes et Litteratura: Acta Cap. Gen. Laon pp. 123, 129, 131, 208, 277, 313, 322, 325, 336. Annis 1509/39 abbas Lidlumensis erat visitator circariae — HUGO II 45 — WAEFELGHEM 150, 378 — AA. SS, III 96/97 (Vita Elconis) — *Beneficialb.* 201, 347, 371, 372, 373, 391, 393, 404, 405 — BROM, *Arch. Italie* 1754, 1755 — IDEM, *Bull. Traj.* I 384, 795, II 2033/35, 2050 — MS BRUINSMA fasc. 164 pp. — BRUNA 7 — *Chartbk.* I 157, 167, 165, 192?, 195, 289, 395, 713, 777, II 12, 14, 79, 86, 112, 152, 183, 191, 230, 250/52, 298, 518, 611, 635, 668/71, 811, III 51, 181, 184, 186, 188/89, 232, 241, 278, 378, 422, 431, 453, 465, 467/68, 488, 491, 492, 495/500, 503, 521, 562/63, 589/90, 900, 969, IV 29, 861, 863, 875 — COTTINEAU 1602 — DIRKS 284/86 — DRIESSEN 132 — FEITH, *Reg. Gron.* II 336 — *Form. Pr.* Nr. 230, 237, 279, 284 — GAN I 34, 61, 89/99, 110, 555, 594 — GOOVAERTS I 545, II 37, 177, 239, 242, 249, IV 74 — HEERINGA II 215 — LEPAIGE II 589 (Eelco) — *Lett. Com. Jean XXII* 42771 — MATTHAEUS *Anal.* II 66/72, III 541 — MOLL II 2, 35, 42, 61, 196, 197, II 4:139 — *Mon. Bat.* II 7, 36, 66, 86, 90, 184, 168, 173, 204, 212, III 21, 168 — MULLER, *Reg. Rek.* 420/21 (de nece abb. Elconis) — *Ned. Klo. Zeg.* 7/8 — OCKA v. SCHARL 103, 108, 123, 141, 361, 398 — *OBGronDr* cf. ind. — *Proeharius* p. 26 — *Reg. Hon.* IV 3899 — *Reg. v. Aanbreng* I 231, II 7/9, 12/16 III 137 sq. — REIMERS FPU pp. 13, 30, 54, 57, 118 — MS REITSMA II 17, IV 62/63, XIX 12/13, 17, 64, 70, 85, 87, 105, 109, 119, 128, XX 4, 7 — SCHOTANUS *Gesch.* 106, 147, 175, 176, 187, 199, 200, 254, 308, 316, 336, 354, 358, 432, 435, 477, 559, 562, 566, 576, 697, 712, 720, 737, 761, 766, 768 — IDEM, *Tablinum* 84,

<sup>169</sup>) Obiit exul in Kusemer anno 1583, ubi tamen non factus est praepositus. Cf. de eo WUMKES V, 89

<sup>170</sup>) Tjumme Mantuanus, qui scripsit epistolam apologeticam (*Epistel totten Friesen*, ed. G. v. BORSSUM WAALKES, Fries. Gen. Leeuwarden 1903)

<sup>171</sup>) Anno 1598 vixit cum duobus confratribus in Sneek, ac emisit jusjurandum, se nihil esse moliturum contra religionem calvinisticam (*Gem. Arch. Sneek*, Nr. 69, Oldburgerboek fol. 2r)



118, 120, 127 — SINGELS nr. 58, 212c — SIPMA I 236, 296, II 46, 103, 219, 238, 366, III 6 — de SITTER 316 — *Stamboek* I 14, 308, 309, 312 — *Tegenw. Staat* II 520, 569 — TELTING no. 101, 124, 128, 156, 628 — TJESSINGA II, III — VALVEKENS, Vis. Canon. I 44/45, II 8, 108 — v. d. AA VII 299/301 — v. APELDOORN I 371/74, 376, II 52, 53, 203, 204, 290, 371, 394, 395, 400, 408, 420, 461, 469 — v. EIJCK I 149 II 2, 7, 18/26, 50, 55, 115/16, 167/79 — v. HEUSSEN *Leeuw.* 91/97 — v. MIERIS II 307, 347 — H. v. R. *Friestl.* V 177/89 — P. v. THABOR 102, 185, 384, 304 — W. v. THABOR IV 67, V 140, 142, 235, 236 — v. d. WIELEN 178, 188 — WINSEMIUS 144, 145, 158, 159, 160, 164, 167, 175, 176, 178, 189, 190, 200, 201, 205, 206, 207, 211/13, 224, 243, 249, 255, 261, 276, 278, 288, 291, 292, 339, 340, 341, 375, 420, 423, 424, 458, 483, 501., 508, 533, 552, 568 — WUMKES cf. ind. — WYBRANDS *Gesta Abb.* cf. indicem — IDEM, *Bloemhof* 26 sq. — AAU 1881 p. 10, 1883:193, 1888:357, 1893:11/12, 1903:162, 163, 181, 187, 189, 191, 1906:194, 1926:214/23, 1929:381/82, 130, 1930:156, 317 — P. JANZEN, *Eat oer in ieuwen alde lanswei en it alde kleaster Lidlum yn Barradiel, in: Sljucht en Rjucht* 1937 p. 637 — J. JOOSTING / S. MULLER, *Bronnen voor de Geschiedenis der kerkelijke rechtspraak in het Bisdom Utrecht*, I *Indeeling* (den Haag 1906) pp. 350/53, 361/64, II 98 — A. JORRITSMA, *Oudheden van Friesland. Het Klooster Lidlum.* (*Piusalmanak* 1880 pp. 372/79) — H. W. STEENSTRA, *Oudheidkundige aanteekeningen van de dorpen en kloosters der grietenij Barra-deel*, Franeker 1836, pp. 63 sq. — *Stond het eerste Lidlumer Klooster aan de Kapellewei?* (*Leeuw. Courant* 30. 9. 1950) — *Volksalm. voor Ned. Katholieken* 1856 pp. 1/21 —

Series abbatum (Sibr. Leo)

- |   |  |
|---|--|
| 1. Jelmar 1183—92                           | 14. Godefridus Andla 1336—47             |
| 2. Tjalling 1192—99 res.                    | 15. Wibrandus I. Wobbinga<br>1347—51     |
| 3. Meinso 1199—1204 res.                    | (antea praepos. in Vinea Do-<br>mini)    |
| 4. Siardus I. Sierdsma 1204—32              | 16. Siardus II. 1351—52                  |
| 5. Sibodus Deimta 1232—52                   | 17. Theodoricus 1352—69                  |
| 6. Ulbodus I. 1252—56 res.                  | 18. Wibrandus II. 1369—84                |
| 7. Hoito (Hoytetus) 1256—75 <sup>172)</sup> | 19. Aesgo I. 1385—86                     |
| 8. Sufridus Krendze 1275—83                 | 20. Tetardus (Tzjaard)<br>1386—1422      |
| 9. Ulbodus II. (Ulpus)<br>1283—96 res.      | 21. Hesselö 1422—30                      |
| 10. Idzo Hermana 1289—1309                  | 22. Folkerus 1 <sup>o</sup> 1430—39 res. |
| 11. Pibo Sibranda 1309—25                   | 23. Reinerus 1439—47 depos.              |
| 12. Eelco Liaukama 1325—32                  | 24. Tjabbo 1447—50                       |
| 13. Kempo van Weidum<br>1332—36             |  |

<sup>172)</sup> Sibrandus Leo dicit de eo: „infula abbatiali insignitur“ (WUMKES 36)

# Monasticon Praemonstratense, Editio Prima, Tomus II, 1952

- |  |   |
|--|---|
| 25. Folkerus 2 <sup>o</sup> 1450—68  | in Bajum, et praep. in Vinea Domini)                                      |
| 26. Rioerd Roarda O. S. A. 1468—71<br>(intrusus, non confirmatus)          | 31. Jan Duveland 1505—18 dep. antea abb. in Doccum. Postea abb. in Merna? |
| 27. Aesgo II. 1471—84  | 32. Joannes de Keppel 1518—43   |
| 28. Nicolaus 1484—88   | 33. Godefridus II. Doeys 1543—53  |
| 29. Jacobus Zelandus 1488—92 antea prior in Bajum                          | 34. Isbrandus Harderwijk 1553—68 res.                                     |
| 30. Petrus Valck, ex Haarlem <sup>173</sup> ) 1492--1505 res. (antea prior | 35. Jan Geelmuiden 1568—80  |

